

542.

(1233.)

*Bischof Ulrich I. schenkt dem Capitel drei Huben in Flatt (b. Pisweg, s. Gurk).*

*Orig. (A 106:197).*

*Ausz. AR n. 791 zu c. 1222.*

Der Schreiber dieser U. hat n. 538 geschrieben. Dieser Umstand und ferner, weil die Brüder Engilbertus und Engilrammus bereits den Beinamen Butzones führen, bestimmt mich, die U. zu dem Jahre 1233 anzusetzen.

‡ In nomine sancte trinitatis amen ‡. Cum oblivionis unicum sit solacium scripture beneficium, necessarium est et utile que iuste et racionabiliter aguntur, scriptis commendari, ne a memoria hominum decidant et vergant in oblivionem. Inde est, quod nos Vlricus dei misericordia episcopus Gurcensis notum facimus tam presentibus quam post futuris, quod ob reverentiam domine nostre regine celi genitricis dei Marie nec non pro salute nostra et pro remedio animarum omnium predecessorum nostrorum episcoporum Gurcensium dilectis confratribus nostris Gurcensibus canonicis tres mansos apud Langenekke in loco qui dicitur Plâte, sitos contulimus proprietatiter ipsis in evum deserviendos. Et ut hec nostra donatio rata et inconculsa permaneat et ne aliquis successorum nostrorum hanc infringere velit aut debeat, sigilli nostri firmavimus inpressione. Testes: Engilbertus et Engilrammus Butzônes, Hærtwicus Rufus, Hærtwicus dapifer, Otto et Dietricus Vierogônes, Goteboldus de Pilsteîn, Heinricus, Vlricus, Wlfingus, Otto castellani de Albecke et alii quam plures.

S.

Angehängt ist das Siegel Bischof Ulrichs.

543.

*Gurk 1233 Jänner 30.*

*Ortolf von Osterwitz verzichtet zu Gunsten des Capitels für 15 Mark auf das Patronat an der Kapelle Treffling (sw. Althofen), einer Filiale der Pfarre Meiselding.*

*Orig. (A 245:255) ausgefressen.*

*Ausz. AR n. 915 nach Syhu Annal. Gurc. 2<sup>a</sup> p. 473 n. 4.*

In nomine domini amen. Ne a memoria hominum evanescat que nostris temporibus geruntur, congruum et utile est, ut scriptis stabiliantur. Notum igitur cupimus fieri universis tam presentibus quam futuris, quod, cum